

*Flores* terminales, in *Capitulum* compactum, fastigiatum sed inæquale, sessiles ex alis foliorum summorum alternis: ex aia intima (florifera) flores bini una axillari, altera laterali: ex superioribus quasi semper terni uno axillari, reliquis lateralibus: hinc dichotomiæ particulares sunt, sed capitulum totum dichotomum non est.

*Bractea* subulatæ, binæ unicuique *Flori* oppositæ, floribus breviores.

*CAL.* *Perianthium* pentaphyllum, erectum: foliolis lanceolatis, acutis, planiusculis, trifratis, rigidis subæqualibus.

*COR.* nulla, quantum videtur. *Glandulas* 3 adpressas habet.

*STAM.* *Filamenta* tria, (quum duo magis approximata vidi, nescio an plures flori perfectio sint) setacea, tenera, germinis altitudine. *Anthera* subrotundæ.

*PIST.* *Germea* trigonum parvum. *Styli* tres, filiformes. *Stigmata* obsolete crassiuscula, subrepanda.

*PER.* *Capsula* subtriangularis, oblonga, acuminata, calycis dimidio paulo brevior, unilocularis, ad basin trivalvis.

*SEM.* pauca 3-6, subrotunda, compresso-reniformia.

*Color* totius plantæ paleaceus vel glumaceus.

*Hæc species* propius quam prior accedit ad *Minuartiam* floribus sessilibus dichotomis: florum glomere tamen distinctissima. A præcedente differt:

- a) Quod minor. b) Florum glomere terminali, latiore.
- c) Floribus multo longioribus usque lineam longis.
- d) Bracteis flore brevioribus. e) Foliis angustioribus.
- f) Est minus terræ adhærens g) Seminibus majoribus &c.